



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LIV. Die Herzöge von Pommern Otto, Wartislaw und Barnim vereignen zu dem in der Nicolaikirche zu Prenzlau neugestifteten Altare Hebungen aus Brüssow, am 2. April 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

manus nostrorum Notariorum domini Joh. Lentyn, Canonici Ecclesie Stetinenfis, nec non Magistri Johannis de Bolentin, Plebani Ecclesie Demminenfis.

Aus dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 34, Blatt 45. Buchholz V, 38. Sect 1, Urk. Nrh. 175 No. 22.

LIV. Die Herzöge von Pommern Otto, Wartislaw und Barnim vereignen zu dem in der Nicolaiskirche zu Prenzlau neugestifteten Altare Gebungen aus Brüssow, am 2. April 1323.

In nomine domini Amen. Quoniam ea que in tempore aguntur et ordinantur, cum temporis fluxibilitate eueniunt in oblivionem, nisi scripture testimonio recipiant firmamentum. Nouerint ergo uniuersi Christi fideles, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos Otto, Weertyzlaus et Barnym, dei gratia duces Stetinenfes, Cassubye et Pomeranye sincero affectantes desiderio, ut cultus diuinus vberior et diffusior habeatur, dedimus et per presentes liberaliter donamus proprietatem et libertatem decem talentorum cum decem solidis Brandenburgensibus monete in mansis civitatis Burchfow, quolibet manso in festo beati Martini Episcopi et confessoris sex solidos solvente, dilectis nostris burgenfibus civitatis Premslaw Petro et iohanni, fratribus de clinkow dictis eorumque veris et legitimis heredibus ac successoribus, ab Hinrico, milite de Stegelitz, eorum propriis sumptibus racionabiliter comparatam, ad Altare dicte civitatis Premslaw cum consensu plebani expresse in Ecclesia S. Nycolai constructum ac in honorem beatissime Virginis ac matris Marie dedicatum perpetuis temporibus duraturis. Cuius Altaris presentacionem seu ius patro natus Petrus et Johannes, dicti Fratres de clinkow, ipsis uiuentibus pacifice possidebunt; ipsis vero deficientibus eorum veri filij, si superstitis extiterint, ac eorum legitimi heredes, seu successores propinquiores, usque in ultimo superstite residente dictum jus Patronatus, sine inquietatione, feliciter possidebunt, Prescriptis vero omnibus de medio sublati duo consules seniores in Ciuitate Premslaw, actu sedem consulatus occupantes, vnanimiter et concorditer tanquam legitimi collatores dictum altare conferent cum vacabit. Collacio autem huiusmodi ab omnibus predictis debet fieri, a tempore vacationis continuo intra quatuor dies in persona sacerdotis beneficium non habentis. Et ut premissa omnia incorrupta permaneant, hanc literam inde conscriptam nostrorum sigillorum fecimus munimine roborari, presentibus viris Henrico de Stegelitz, Henningo de Egftede, Thiderico de Kerkow, Paridami Scolentin, Hinrico de Suerin, Militibus, ac Dominis Nycolao de Suanenbeke, Johanne Magistro Preposito in Demmin, sacerdotibus. Data sunt hec in Torglow, sub annis domini M^o. CCC^o. XXIII^o, sabbato ante Dominicam, qua cantatur Qualimodogeniti.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.